

numerus versuum ediscere dicuntur. Itaque annos nonnulli vicanos in disciplina permanent. Neque fas esse existimant ea litteris mandare, cum in reliquis fere rebus, publicis privatisque rationibus, Graecis litteris utantur. Id mihi duabus de causis instituisse videntur, quod neque in vulgum disciplinam efferri velint neque eos, qui discunt, litteris confisos minus memoriae studere (*cultivate*); quod fere plerisque accidit, ut praesidio⁴ litterarum diligentiam in perdiscendo ac memoriam remittant. In primis hoc volunt persuadere,⁵ non interire animas, sed ab aliis post mortem transire ad alios, atque hoc⁶ maxime ad virtutem excitari putant, metu mortis neglecto. Multa⁷ praeterea de sideribus atque eorum motu, de mundi⁸ ac terrarum magnitudine, de rerum⁹ natura, de deorum immortalium vi ac potestate disputant et iuventuti tradunt.

¹=consueverunt. ²all publico burdens. ³instruction. ⁴help. ⁵hoc persuadere, to impress this belief. ⁶i.e., the doctrine of the transmigration of souls. ⁷multa disputant, they have frequent discussions. ⁸the universe. ⁹the nature of things, i.e., science.

XXXVII.

Religion of the Gauls (Caes., Bell. Gall., VI., 16).

Natio est omnis Gallorum admodum dedita religionibus,¹ atque ob eam causam, qui sunt affecti gravioribus morbis quique in proeliis periculisque versantur, aut pro victimis homines immolant aut se immolatuos vovent administrisque ad ea sacrificia druidibus utuntur, quod, pro vita hominis nisi hominis vita reddatur, non posse deorum immortalium numen placari arbitrantur, publiceque eiusdem generis habent instituta sacrificia. Alii immani magnitudine simulacra habent, quorum contexta viminibus membra vivis hominibus complent; quibus succensis circumventi flammā exanimantur homines. Supplicia eorum, qui in furto aut in latrocinio aut aliqua noxia² sint comprehensi, gratiora dis immortalibus esse arbitrantur; sed cum eius generis copia defecit, etiam ad innocentium supplicia descendunt.³

¹religious ceremonies. ²crime. ³they have recourse.

XXXVIII.

The gods of the Gauls (Caes., Bell. Gall., VI., 17).

Deum maxime Mercurium colunt; huius sunt plurima simulacra, hunc omnium inventorem artium ferunt, hunc viarum atque itinerum